



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

XCIV. Erectio Episcopatus Blasen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

1697.

Clauſus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandomque spectabit inviolabilitate observari, neque ipsis præsentibus per quascumque clausulas generales, nisi facta illarum speciali, & individua mentione, ullo modo derogatum censer: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Camera Apostolica Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ dictus Alexander Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscator. die XII. Junii MDCXCVII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

XCIV.

Erigitur Oppidum Bleſen. in Civitatem, ejusque Ecclesia S. Solemnis in Cathedram.

Conf. ed. 1694. Maii 16. P. 3. extat eretio Episcopatus Bleſen. Nemaufien. Diæcesis. Et Benedict. XIII. Conf. ed. 1728. Nov. 15. P. 5. eretio Episcopatus Fabriani.

Dat. 25. Junii
1697. An. 6.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Sacra Beati Petri Sede meritis licet impatribus, ita Patre lumen disponente collocati, ad agrum, gregemque Dominicum nostræ commissum curæ sollicita mentis acie circumspicientes in iisque ejusdem agri multiplicatis illius cultoribus exactiorem culturam, gregisque majorem fecunditatem profutura esse dignoscimus opem, ac operam nostram libentissime impartimur, praesertim dum sublimum, & excellorum Regum vota id exposcut, consideratis que locorum, personarum, & temporum qualitatibus id expedire animadvertisimus.

Causæ d. erec-
tionis, &
Laudes Op-
pidi Bleſen-
sis.

§. 1. Hinc est, quod Nos pro Pastorali nostro Officio, & omnium Ecclesiarum sollicitudine provide considerantes Diæcsem Carnotensem tam in longitudine, quam in latitudine amplissimam, Regionemque Bleſensem Populorum, & Incolarum copia valde refectionam a Civitate Carnot. esse adeo remotam, ut unicus Pastor tanta animarum multitudine ea, qua pars est diligentia regere minime possit, præcipue cum earum major pars confoveri, firmari, & consolidari necesse habeat in vera, & Orthodoxa Fide Catholica, ad quam divina favente gratia, atque applicatione, & cura Charissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum Regis, qui suorum Subditorum saluti semper intentus solum Dei cultum, ejusque Orthodoxam legis Observantiam, S. Matris Ecclesiaz exaltationem, herefum extirpationem, hereticorum-

que conversionem præ oculis habet, non ita pri- dem feliciter conversa est, æquissimum esse re- medium duxit Regiones Bleſensem, & Vindociensem, ac partem, seu certam portionem Regionis Dunensis duabus regionibus prædictis contiguam a Diæcsei Carnot. separare, & dis- membrare, Oppidumque Bleſense situm in Provincia Aurelianæ. ad Ripam fluvii Ligeris maris undique cinctum, quod olim fuit Comitum Bleſensem Sedes, & deinde Regum Fran- cie, ac modo satis conspicuum bis mille circiter Domus, & supra decem millium Incolarum continens, Urbis Præfecto, & Regio Castro multipliciique cura, seu jurisdictione Prætoris quem Balliviatum vocant decoratum, constans quoque Virorum, & totidem Sanctimonialium Conventibus, duabus Collegiatis Ecclesiaz, in quarum altera Sancto Salvatori dicata quinque dignitates, duodecim Canonicatus cum præbenda, & trintia duæ Cappellania cum proventibus, redditibus, & in eodem Oppido, ejusque suburbis adsunt sex Parochiales Ecclesiaz, inter quas insignior est illa Sancto Solemni Sacra, sumptis, & expensis dicti Ludovici Regis noviter reædificata, pulchra, & satis elegantis structuræ, tridecim Cappellis cum aliis tribus nondum terminatis, Campanile cum tribus Campanis, Cameterio, Fonte Baptismali, ac Choro cum quadriginta duabus sedibus, & navi populum capace ornata, & decorata, sacraque, ac profana suppellebili ad divina peragenda, non tam men Pontificalia exercenda utcumque instruta, in Cathedram, ibique Sedem Episcopalem erige, & collocare, præficiendo ei novum Episcopum, qui tum verbo, tum exemplo boni operis Incolas illorum finium magisque in vera Fide confirmaret.

§. 2. His igitur aliisque de causis animum nostrum moventibus, re prius in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. Romana Ecclesia Cardinalium rebus Confistorialibus præposita sub die 19. Julii, & septima Septembribus anni Domini millesimi sexcentesimi nonagesimi sexti, vigesima quarta Januarii, & vigesima quarta Maii currentis anni mature disculpi piis ejusdem Ludovici Regis desideriis annuere völentes, ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium confilio, & assensu dictum Oppidum Bleſense, necnon Districtus, & territoria integra Archidiaconatum Bleſensis, & Vindocinensis, ac certam partem, seu portionem Archidiaconatus Dunensis per Venexabilem Fratrem Nostrum Episcopum, & dilectos filios Capitulum, & Canonicos Carnot. designata, & delineata cum omnibus suis confinibus, & terminis, qua in latitudine, & longitudine per sexaginta milliaria Italica se extendunt, & intra qua centum, & nonaginta duæ Parochiaz, octoginta millia fidelium compleentes, numerantur, ab ordinaria jurisdictione dicti Episcopi Carnot. de ejus, ac illius Capituli Cathedralis expresso confusu, a qua auctoritate separamus, dismembramus, segregamus, & dividimus, illudque, ac ejus Clerum a moderno, & pro tempore existentis Episcopi Carnot. superioritate, jurisdictione, potestate, subjectione, visitatione, & correctione, ac quibusvis aliis juribus Episcopalis prorsus, & omnino eximus, & liberamus, ac Oppidum prædictum Civitatis, illiusque Incolas Civium nomine, ac titulo, & honore decoramus, illudque in Civitatem Bleſensem nuncupandam erigimus, & Parochiale Ecclesiam S. Solemnis in dicto Oppido Civitate nuncupatam existent. in Cathedram Ecclesiam sub invocatione S. Ludovici pro uno Episcopo Bleſen. nuncupando, qui illi præfit, ac ipsam Parochiale Ecclesiam ad formam Cathedralis Ecclesiaz redigi faciat,

Preces Ludo-
vici Regis
Francie.

Separatio
Regionis Bleſen-
sen, Vindoci-
ensem, &
Dunen. ex
parte a Diæ-
csei Carno-
ten.

Erectio Op-
pidi Bleſen.
in Civitatem,
& Ecclesiaz S.
Solemnis in
Cathedralem sub ho-
nore S. Lu-
dovici.

necnon

necnon Ecclesiasticam Jurisdictionem, auctoritatem, & potestatem omniaque alia, & singula, quæ Ordinis, jurisdictionis, & cuiusvis alterius munieris Episcopalis sunt, & ad illa, ac Synodi Diocesanæ, convocationem, & celebrationem spectant, & pertinent exercere, necnon quæ alii Episcopi in suis Ecclesiis, Civitatibus, & Diocesibus de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet facere, & quibus ut solent, & posunt, pariformiter aequo principaliter absque ulla prorsus differentia in suis Ecclesiis, Civitate, & Diocesi Biesen. etiam facere, gerere, & exercere, ac uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possit, & debeat, ac pro tempore Archiepiscopo Parisien. jure metropolitico prout ante separationem, & dismembrationem suberat subjaceat cum Mensa, Sede, aliisque Insignibus Episcopaliis, necnon præminentibus, honoribus, privilegiis, immunitatibus, & gratiis spiritualibus, & temporalibus, personalibus, realibus, & mixtis, quibus ceteræ Cathedrales similiter, & pariformiter utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt, quomodolibet in futurum de similibus consilio, & potestatis plenitudine erigimus, & instituimus, ac eidem sic erectæ, & instituta Ecclesia Biesen. ipsum Oppidum sic in Civitatem erectum pro Civitate, necnon districtu, & Territoria duorum Priorum Archidiaconatum, ac partem, seu portionem ultimodisti Archidiaconatus hujusmodi, ut supra à Diocesi Carnot. separata pro Diocesi, necnon Ecclesiæ pro Clero, & personas seculares pro populo de consilio, potestate, & auctoritate paribus, & jam perpetuo concedimus, & attribuimus, & assignamus, Civitatemque, Clerum, & Populum hujusmodi Episcopo Biesen. quoad Episcopalem, & Archiepiscopo Parisien. pro tempore existent, quoad Metropoliticam Ordinariam jurisdictionem, & superioritatem de similibus consilio, & plenitudine subjicimus.

Diocesis
Episcopatus
Biesen. &
eius subje-
ctio, uti
prius Archi-
piscopo Pa-
risien.

Dos, &
Mensa d. E-
piscopatus
ex quibus
Abb. tis, &
Prioratibus.

§. 3. Et insuper cum Venerabilis Frater No-
strus Jacobus Antonius Phaliqueaux Episcopus Lo-
donen. Burgi medii vulgo dicti Bourgmoen S. Augustini Canonorum Regularium, & dilec-
tus Filius Jacobus Franciscus Minot de Mevill
Clericus, seu Presbyter S. Launomari respective
Monasteriorum S. Benedicti respective Ordinum
Oppidi Biesen., & Carnot. Diocesis hujusmodi
Abates, seu perpetui Commendatarii ad
quæ Monasteria dum pro tempore vacant jus no-
minandi vigore Concordatorum dudum inter
Sedem Apostolicam, & clar. me. Franciscum I.
olim eorundem Francorum Regem initorum ad
dictum Ludovicum Regem spectat, & pertinet,
& dilectus etiam Filius David Nicolaus de Por-
tier Presbyter Vabren. Diocesis in Theologica
facultate Parisien. licentiatus primus Episcopus
Biesen. designatus perpetuus Commendatarius
unius S. Joannis Biesen. a Pontis Levii dicti Or-
dinis S. Benedicti, & alterius Prioratum simpli-
cium cura, & Conventu carentiam S. Felicis de
Campiniaco a dicti S. Launomari Monasterio
respective dependen. Commende hujusmodi, in
quam Jacobus Antonius Episcopus, & Jacobus
Franciscus, necnon David Nicolaus, qui Mona-
steria, & Prioratus hujusmodi ad eorum vitam ex
concessione Apostolica respective obtinent, & ob-
tinere consueverunt, in manibus nostris ad pra-
missorum, & infraSCRIPTORUM effectum cesserint.
Nosque cessationes hujusmodi duximus admittentes;
propterea titulos collativos Monasteriorum
Burgimedii, & Sancti Launomari, ac prædicatorum,
& infraSCRIPTORUM Prioratum ac in eiusdem
Monasteriis nomina, & denominations Ab-
batum usque ad illa nominandi de ejusdem Lu-
dovici Regis consensu Apostolica auctoritate præ-
dicta etiam perpetuo suppressimus, & extingui-

mus, ac Mensas Abbatiales Monasteriorum Bur-
gimedii, ac S. Launomari prædicatorum, quorum
fructus primodiæ, videlicet ad trecentos quin-
quaginta, secundo prædicti vero Monasteriorum
hujusmodi ad mille quingentos viginti florenos
auri in Libris Camera Apostolica taxati reperiuntur,
& ex quibus primodiæ, videlicet quatuor
millia, & secundo dd. Monasteriorum prædicatorum
decem millia, ac ex duorum prædicatorum,
& trium infraSCRIPTORUM Prioratum sex millia
Librarum Turonen. annuatim percipi poterunt,
firmis, intactis, ac illæsis remanentibus Monasteri-
orum prædicatorum Mensis Conventualibus a di-
ctis Mensis Abbatialibus separatis, & disjunctis
pariter supprimimus, & extinguimus, ac dictarum
Mensarum Abbatialium, necnon dictorum
duorum Prioratum, ut præfertur vacantium, &
cum primum illos per censem, & in manibus no-
stris, aut alterius Romani Pontificis successoris
nostræ, seu decesum, vel quamvis aliena dimis-
sionem, vel amissionem, aut privationem, seu
aliis quovis modo Commandis in quas illi, ex parti-
culari concessione ad vitam obtineri consueve-
runt cessantibus unius videlicet de Monstiers Lau-
men., & alterius de Illou, necnon aliqui Pri-
oratum etiam cura, & Conventu Caren. Sancti
Martini de Montocau dicti Ordinis Sancti Bene-
dicti Carnot. Senouen., seu alterius respective
Diocesis ab eodem Monasterio S. Launomari
respective dependentium fructus, redditus, &
proventus cuiusvis quantitatibus, qualitatibus, natu-
ra, & speciei existant, prævia duorum priorum
Monasteriorum, & Prioratum hujusmodi
titularum collatororum per quam suppressione,
& extinctione pro dote, & mensa Episcopali
Ecclesia Biesen. simili auctoritate perpetuo uni-
mus, anneximus, applicamus, & appropria-
mus.

§. 4. Ac ad dictam Ecclesiam S. Solemnis
futuram, ut præfertur, Cathedram Sacula-
rem, & Collegiatam Ecclesiam Sancti Salvatori-
ni hujusmodi cum omnibus, & singulis Digni-
tatis, Canoniciis cum præbendis, Cap-
pellaniis, Anniversariis fundationibus aliis-
que honoribus, & oneribus, ac quibusvis alius
juribus, & prærogativis ad eam spectantibus,
& pertinentibus transferimus, ac unum Pres-
byterum, ad quem dictæ Collegiata inservientem,
ac alium pro tempore deputandum, qui
eamdem Ecclesiam S. Salvatoris regat, & gu-
bernet, ac onera dictæ Ecclesie Biesen., si quæ
illi in posterum incumbent supportet, & adim-
pleat inter Cappellanos dictæ Ecclesie Biesen.
locum habere, ac omnibus redditibus, & emolu-
mentis, quibus alii Cappellani ejusdem Eccle-
sie gaudent, & gaudebunt, & gaudere volumus,
& mandamus; Capitularem vero Mensam, &
Capitulum, necnon quinque Dignitates, seu
Personatus in dicta Collegiata Ecclesia S. Salva-
toris existent, nempe Decanatum dignitatem
principalem, qui animarum, Canonorum,
dignitatem, Cappellarum, & Ministrorum
dictæ Ecclesie Biesen. juxta laudabiles consue-
tudines aliarum Ecclesiarum Cathedralium di-
cti Regni curam exercebit, Præceptoriam, Sub-
decanatum, Præposituram, & Thesaurarium,
necnon duodecim Canoniciatus cum totidem
Præbendis, & triginta duas Cappellanias, nec-
non Anniveraria, aliaque jura, & onera, re-
servato tamen Decano, & Capitulo dictæ Col-
legiatæ Ecclesie jure, quod eis competit, ut
prius conferendi Beneficia in dicta Collegiata
Ecclesia, & juxta fundationem erga Cappellanos
amovibles, & eidem Capitulo tanquam Recto-
ri primario deputandi Canonicum, qui certis
anni diebus in dicta S. Salvatoris Ecclesia Mis-
fas & horarum solemnis peragat, & exequatur,
necnon administrandi Sacra menta pro tem-
po existenti Regi Franciæ, & Sanguinis Principi-

Translatio
Ecclesie
Collegiata
S. Salvatoris
cum nonnullis
Ordinationibus cir-
ca Capitu-
lum, ejusque
Mensam, &
Beneficia.

bus primariisque Regni Administris in eventum, in quem illos, seu eorum aliquem in dicta Civitate Blesen, commorari contingat, ad sic etiam Cathedram Blesen. de similibus confilio, & auctoritate, etiam perpetuo transferimus, & sic ipsa Ecclesia Blesen. Prioratum Sancti Solemnis in ejusdem Ecclesiae Dignitatem sextam, & ultimam futuram, quem modernus, & pro tempore obtinens dictum Prioratum in reliquum Clerum, & Populum dictae Parochiae Curam animarum, ut prius exercebit, cum hoc, quod licet dictus Prioratus sit, & esse debeat sexta, & ultima Dignitas in dicta Ecclesia, tammodus Prior S. Solemnis praedicti Dignitatis titulo, ut praefertur, decoratus quoad vixerit, & d. suum Prioratum obtinebit secundum locum inter Dignitates, idest immediate post Decanum locum sibi vindicabit, & tam Dignitates quam Canoniciatus, & Præbendas hujusmodi tam in Collegiata ex nunc erectos, quam in Cathedrali Ecclesiæ pariter ergo obtinentes Capitulum cum Mensa Capitulari, sigillo, & arca communibus alijque Insignibus Capitularibus constituant, & apud dictam Ecclesiam Blesen. residere, stallumque in Choro, ac vocem in Capitulo ipsius, necnon in actibus, & functionibus Ecclesiasticis intra, & extra illam ubiliter juxta eorum respective antianitatem receptionis dumtaxat absque ulla alia cuiusvis gradus, seu qualitatis distinctione, & in ipsa Ecclesia singulis diebus horas Canonicas tam diurnas, quam nocturnas, & Missas servata Ecclesiastica disciplina uniformiter celebrare, & decantare, illisque interesse, ac alias dictæ Ecclesiae Blesen. in divinis, ceteraque onera injuncta, & pro tempore injungenda subire, & exercere, ac adimplere respective debeant, & teneantur, ac tam in Choro, quam Capitulo, processionibus, & aliis actibus, & functionibus habitus de jure præstari solitos, etiam deferre, & gestare libere, & licite possint, & valeant. Præterea Nos omnimodam jurisdictionem, superioritatem, & auctoritatem in Capitulum, Canonicos, Ministros, & Officiales dictæ Ecclesiae a jurisdictione, & superioritate Episcopi Carnotensis, exemptos, & liberatos, pro tempore existenti Episcopo, & ejusdem Ecclesiae Blesen. concedimus, & attribuimus, eidemque ius, auctoritatem, & potestatem quacumque, & qualiacumque cum cura, & sine cura Beneficia Ecclesiastica quomodolibet nuncupata, & qualificata in Cathedrali, & alijs Ecclesiis Civitatis Blesen., necnon in tota sua Diœcesi Blesen. consistentia, & extra illam, eaque a dictis Monasteriis S. Launomari, & Burgimedi, ac Prioribus hujusmodi unitis dependere dignoscuntur occurribus quovis modo illorum vacationibus, personis idoneis, dummodo tamen Beneficia hujusmodi sub Concordatis praedictis non comprehendantur, pleno jure conferendi, & de illis etiam providenti concedimus, & impartimus.

S. 5. Et quia ex distractione, & dismembratione dictæ Ecclesiae Blesen. a Diœcesi Carnotensis, aliqua damnâ Episcopo, & Capitulo, & Archidiaconis Ecclesiae Carnotensis, inferuntur; Nos ad enias dicti Ludovici Regis preces Mensam Abbatialem Monasterii Gaudivallensis vulgo de Soyental Premonstraten. Ordinis Carnotensis. Diœcesis illius Comendam, in qua ex concessione Apostolica ad vitam obtineri consuevit per obitum Gregorii d'Aubusson de la Fovillade illius ultimi Abbatis Commendatarii extra Romanam Curiam defuncti cessante vacan., & ad quod dum pro tempore vacat, idem Ludovicus Rex vigore Concordatorum predicatorum personam idoneam nominare potest, & debet, salva, & illæ illius mensa Capitulari remanente, ex quo dicti Ludovici Regis ad id accedente confessu etiam suppressimus, & extinguimus omnes, & singulos d. mensa Abbatialis Gaudiv-

lensis fructus, redditus, & proventus eidem Ecclesiae Carnotensis, seu illius mensa Episcopali unius, applicamus, & appropriamus, ita tamen ut ex fructibus hujusmodi trecentæ libræ Turennes. unicuique ex tribus Archidiaconis Ecclesiae Carnotensis prædictæ præsentibus, & futuris pro indemnitate suorum Jurium annuatim perfoluntur; & casu quo modernus Archidiaconus Dumenensis ex nunc distractio, & dismembratione partis, seu portionis sui Archidiaconatus consentire, & tali compensationi acquiescere renuerit, seu noluerit; Nos jura, & jurisdicitionem ipsius in illa parte seu portione sui Archidiaconatus, ut præfertur, distracta, & dismembrata quandiu vixerit, & Archidiaconatum obtinuerit reservamus, quodque deinceps perpetuis futuris temporibus quandocumque, & quietiecumque eamdem Ecclesiam Carnotensem per obitum illius Episcopi, aut cessionem in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis etiam ex causa permutationis, vel Coadjutoria, aut alias quovis modo Pastoris solatio destitui contigerit, omnes, & singuli dictæ Mensæ Abbatialis Gaudivallensis, fructus, redditus, & proventus, qui coquilibet primi anni post singularium vacationem ad Capellanum, Dignitates, & Canonicos dictæ Ecclesiae Carnotensis distracta prius ex eis summa prædictis tribus Archidiaconis assignata, & supportatis quibusvis aliis debitis oneribus spectent, & pertineant.

S. 6. Et quia in dicta Civitate Blesen. Domus pro Episcopi habitatione constructa non extat; Nos supradicto futuro Episcopo facultatem, & licentiam damus in dicta Civitate Blesen., aut alibi existentes, & ad mensas Abbatiales dictorum Monasteriorum Sancti Launomari, & de Burgomedio spectantes vendendi, alienandi, aut hypothecandi, & ex illis retractum premium in exemptionem situs, & constructionem, & adificationem Domus Episcopalis hujusmodi construendi, erogandi etiam concedimus, & impar-timur; statuimus quoque, ut donec Seminarium ad praescriptum Concilii Trid. institutum fuerit Clericis Sacris initiandi, seu etiam iniciati in Seminario Carnotensi. educari, & instrui poterunt.

S. 7. Infuper etiam Episcopo, Dignitatibus, Capitulo, & Canoniciis prædictis ut pro Dote Ecclesiae Blesen. ac illius Mensa Capitulari, Sacrifice, & fabricæ, earumque rerum, & bonorum tam spiritualium quam temporalium profi-
pero, & felici statu, regimine, & gubernio, directione, ac onerum illi incumbentium supplicatione, Misarum, horarum Canonicularum, diuinorum tam diurnorum, quam nocturnorum Officiorum, processionum funeralium, anniversariorum, & aliorum prælatorum celebratione, ac de dignitatibus, Canoniciis, & Præbendis, illisque beneficiis, & Ministeriis Ecclesiasticis pro tempore providendorum receptione, admissione, residentia personali distributionum etiam quotidianarum & emolumenterum quorumcumque divisione, repartitione, & administratione penarum per absentes, & divinis suis loco, & tempore non assistentes, seu onera, & ministeria eis incumbentia subire negligentes incurrandarum impositioni singulorum præsentias, & absentias notandi, Ceremonias, & ritibus in Cathedrali Ecclesia, Choro, Capitulo, Processionibus, & aliis actibus servatis servandis, & Ministris dictæ Ecclesiae Blesen. necessariis depudans, & amovendis, salariis, & stipendiis eorum cuiilibet assignandis, & quibusvis rebus in præmisso, & circa ea quomodolibet necessariis & opportuniis quæcumque Statuta, Ordinationes, Capitula, & Decreta, licita tamen, & honesta, & Sacris Canonibus, præsertim vero Concilii Tridentini Decretis, & Constitutionibus Apostolicis non contraria condendi, & edendi, ac condita, & edita pro tempore, & rerum varietate, & qua-

Domus Episcopi, & Seminariorum.

Concessio facultati Episcopo, & Capitulo.

Affignatio
cujusdam Ab-
batiae Eccl-
esiæ Carno-
ten. ob fa-
ctam divisi-
onem.

litare

Item concessio privilegiorum. Episcopo, Capitulo, alisque.

Ac jus nomi-
nandi ad d.
Ecclesiam
Regis Fran-
ciae.

Clauſula.

litate mutandi, limitandi, corrigendi, declara-
ndi, interpretandi, & in meliorem formam re-
digendi, seu alia de novo etiam ex integrō con-
dendi, & edendi, & per eos, ad quos pro tem-
pore spectabat sub pennis in contravenientes sta-
tuendis, observari faciendi, plenam, liberam, &
omnimodam facultatem etiam concedimus, &
impartimus; necnon Episcopo; ut praeſertur,
ac Dignitates in praedicta Ecclesia Bleſen. obti-
nentibus, ac Capitulo, & Canonicis ejusdem
Ecclesiæ, aliisque Capituli, & Ecclesiæ hujus-
modi personis, & Ministris pro tempore existen-
tibus, ut omnibus & singulis privilegiis, immu-
nitatibus, exemptionibus, libertatibus, præ-
minentibus, prærogativis, concessionibus, facul-
tatis, Indultis, favoribus, & gratiis, quibus
aliis, qui & aliarum Ecclesiæ Dignitates obti-
nentes Capitula, & Canonici, aliaque Civitates,
& Dioceses ac eorum Cleri, Incole, & habitato-
res, eorumque res, & bona fruuntur, potiu-
ntur, & gaudent, seu uti, frui, potiri, &
gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in fu-
turum, & quoad habitus delationem, ut præfer-
tur uti, frui, potiri, & gaudere libere, & li-
cite possint, & valeant, concedimus, & indulge-
mus: ac eidem Ludovico, ejusque successoribus
Francie Régibus attenta suppressione, & extin-
ctione praedictarum Mensarum Abbatialium, &
eorum fructuum pro dote, seu dotis parte Epis-
copatus Bleſen. unione Mensis Episcopalis Bleſen., & Carnotis, prædictis de consensu dicti Lu-
dovici Regis, ut supra factis Jus nominandi ad di-
am Ecclesiam Bleſen. quandcumque, & quo-
tiescumque illa Pastoris solatio destituta fuerit
juxta formam, & dispositionem Concordatorum
praedictorum etiam perpetuo reservamus, con-
cedimus, & assignamus.

¶ 8. Præsentes quoque nullo unquam tempo-
re de fibrationis, vel obreptionis, aut nullita-
tis vitio, seu intentionis Noſtræ, vel quovis alio
defectu etiam ex eo, quod causa propter quas præ-
missa emanarunt coram Nobis, vel alibi verifi-
catæ, & approbatæ, ac quicunque in præmissis
interesse habentes, seu habere prætententes ad
id vocati, citati, & auditi non fuerint, & præ-
missa non confenserint, aut alio quovis defectu
notari, impugnari, invalidari, retractari, in
Jus, vel controverbitur vocari, ad terminos Ju-
ris reduci remedium impetrari, vel sub quibus-
vis simili, vel dissimili gratiarum revoca-
tionibus, suspensionibus, limitationibus, aut
aliis contrariis dispositionibus etiam per Constitu-
tiones Apostolicas, aut Cancellaria Apostolica
Regulas quandcumque etiam in crastinum af-
sumptionis Successorum Nostrorum ad Summi
Apostolatus apicem, vel alias quandcumque
editas, vel sub quibusvis tenoribus, & formis
emanatas, & in posterum eden, & emanandas
nullatenus comprehendendi, sed semper ab illis ex-
ceptas, & quoties emanabant, toties in pristinum
& validissimum statum, etiam sub quacunque
posteriori data per pro tempore existentes Epis-
copum, Dignitates, Capitulum & Canonicos
hujusmodi eligenda restitutas, repositas, & plé-
narie reintegratas, ac de novo concessas semper
validas esse, & fore, suosque plenarios, &
integros effectus sortiri, & obtinere, necnon Epis-
copo, Dignitatibus, Capitulo, & Canonicis hu-
jusmodi pro tempore existentibus perpetuo suf-
fragari; sive & non alias per quoscumque Ju-
dices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate
fungentes, sublata eis qualibet aliter judican-
di, & interpretandi facultate, & auctoritate ju-
dicari, & definiri debere, & si secus super his a
quocumque quavis auctoritate scienter, vel igno-
ranter contigerit attentari irritum, & inane de-
cernimus.

¶ 9. Non obstantibus Noſtris & Cancellaria
Apostolica Regulis de gratiis, & Indulgentiis

adinstar non concedendis, ac de exprimendo ve-
ro annuo valore, necnon de jure quæſito noui
ſoilendo, ac de unionibus committendis ad par-
tes vocatis quorum interest, ac Lateranen. Con-
ciliis novissime celebrati uniones perpetuas nisi in
casibus a Jure permisſis fieri prohibentis, ac
quibusvis Apostolicis necnon in Synodalibus, Pro-
vincialibus, & Generalibus Conciliis editis, vel
edendis Constitutionibus, quibus omnibus, etiam
de illis eorumque totis tenoribus specialis, spe-
cifica, & expresa, ac de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generalēs idem impor-
tantēs mentio, & expressio ad hoc servanda fo-
ret, illis in suo robore permanfuris, hac vice
dumtaxat specialiter, & expresse juxta Decre-
tum Congregationis rebus Consistorialibus præ-
posita harum serie derogamus, contrariis qui-
buscumque.

¶ 10. Nulli ergo omnino hominum licet
hanc paginam noſtra separationis, dismembra-
tionis, leggregationis, divisionis, exemptionis,
liberationis, decorationis, erectionis, institutionis,
concessionis, attributionis, assignationis,
subventionis, suppressionis, extinctionis,
unionis, annexionis, applicationis, appropri-
ationis, translationis, voluntatis, mandati,
impartitionis, suppressionis, extinctionis, re-
servationis, Indulti, Decreti, & derogationis
infringere, aut ei ausu temerario contraire;
si quis autem hoc attentare præſumpſerit indi-
gnationem Omnipotenti Dei, ac Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit in-
cursum.

Datum Rômæ apud S. Mariam Majorem, Anno
Incarnationis Dominica Milleſimo ſexcentimo
nonagesimo septimo, septimo Kalendas Julii, Pon-
tificatus Noſtri Anno Sexto.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum
de Cultu Immemorabili Servæ Dei Mariæ de
Capite.

Conf. ed. 1696. Jun. 30. P. 5. extat confirmatio
Cultus B. Mariae de Jocos. Et Clem. XI. Conf.
ed. 1710. Mar. 16. P. 10. Cultus B. Lucia de
Narnia.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

A Postolice servitio officium, quod inscrutabilis Divina Sapientia, atque clementia
altitudi humiliati atque infirmati noſtra credere dignata est salubriter exequi adſpirante ſuper-
nari favoris auxilio jugiter fatigantes, Beata-
rum Christi Ancillarum in Cœlis cum eo regnanti-
um, in quibus nimirum utpote vasculis imbe-
cillioribus opus dextera excelsi mirabilis, ac
illustriſ apparuit, cultum, & venerationem in
Terra libenter promovemus, ſicut pia ſubli-
mum pérſonarum non minus virtutis, quam
Regii culniq[ue] ſplendore conſpicuarum vota po-
ſulant, & Nos ad Omnipotenti Dei gloriam,
Ecclesiæque Sanctæ decus, atque adificationem
expidere in Domino arbitramur.

¶ 1. Cum itaque nuper nempe die 3. curren-
tis Mensis Auguſti in cauſa Toletana Beatifica-
tionis, & Canonizationis Servæ Dei Mariæ de
Capite vulgo della Cavezza nuncupata, uxoris
dum vixit Sancti Iſidori Agricolæ, ad enixa-
preces charifimi in Christo filii Noſtri Caroli
Hispaniarum Regis Catholici, ac charifime in
Christo filiæ Noſtræ Mariannæ caruſdem His-
paniarum Reginæ Catholica ejus uxoris, accéden-
tibus etiam in id supplicationibus Ven. Fratrum
Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon
dilectorum filiorum Senatum, ſeu Magistra-

XCV.

Dat. 17. Aug.
1697. An. 7.

Exordiū m.

D. Decreto
confirmata
fuit sententia
a Judicibus
Delegatis
prolata cir-
ca dictum
cultum, &
caju[m] ex-
ceptum.